

## **Qvadragesimale Ambrosianvm Dvplex, In Dvos Tomos Divisum**

In Hoc Opere Per Singulos Qvadragesimæ dies habetur bina Concio cum  
Morali, iuxta Euangelia, quæ in Ecclesia Mediolanensi leguntur. Cvm  
Indicibvs, Sacræ Scriptvræ, Et Rervm notabilium, cum Summa Concionum  
& Thematum Euangeliorum. Accomodantvr Hae Conciones Ad VsVm  
Romanum pro Quadragesima & ...

Tomvs Primvs, Continens Conciones A Dominica Prima, Qvæ Dicitvr In  
Capite, vsque ad quartam exclusiuè, quæ dicitur de Caeco

**Bellintani, Mattia**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Applicatio Harvm Concionvm Secvndi Tomi Ad Evangelia Qvadragesimæ  
secundum vsum Romanum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55873](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55873)

DOMINICA IN PA-

SCHATE.

Maria st̄abat ad monumētum foris, &c.  
quia vidi Dominum, & hec dixit  
mihi, Ioan. 20.

Fer. II. Vna Sabbati valde diluculo.

vſq; & abiit secum mirans quod  
factum fuerat, Luc. 24. p. 734  
Fer. III. Maria Magdalene, & altera  
maria, vſq; in hodiernum diem.  
Matth. 28. p. 754

APPLICATIO  
HARVM CONCIONVM SECUNDI  
TOMI AD EVANGELIA QVADRAGE-  
simæ secundum vſum Romanum.

DOMINICA IV. QVA-  
DRAGES.

A Biit Iesu trans mare Galilea, & se-  
quebatur eum multitudo ma-  
gna, Ioann. 6.  
Cum subleuasset ergo oculos, & vidisset  
quia multitudo magna.  
Quod Deus est ille qui nobis pro-  
uidet, & de futuris ſibi ipſi curā  
releruauit.

Fer. 3. Domin. de Cæco, Concio-  
ne ſecunda per totum, cum pul-  
chra introductione. p. 421. Deus  
nobis ſe suaq; cōmunicat ſecun-  
dum diſpoſitionem quam habe-  
mus. p. 418. n. 22

Fer. 2. Dom. 4. Et inuenit in templo rē-  
dentes boves, & oves, & columbas, &  
nummularios ſedentes, Ioan. 2. 14.  
Et cum feciſſet quaſi flagellū eiecit omnes  
de templo, & nummulariorum effudit  
as, & menſas ſubuertit.

Quod de erastino nō debeamus eſſe  
ſolliciti Fer. 3. Domin. de Cæco,  
Conc. 1. p. 411. n. 5. De hac mate-  
ria in primo Tomo habes duas  
Cōciones integras. Fer. 4. Dom.  
de Abrah. p. 313. Et in hoc Tomo  
habes duas Conciones, p. 391

Solute templum hoc, & in tribus diebus  
excitabo illud.

Quam expediens fuerit Christi  
mors, & cauſe illius mortis affe-  
runtur. Fer. 6. Domin. de Lazaro,  
Conc. 1. p. 594

Fer. 3. Dom. 4. Et mirabantur Iudei di-  
cētes: Quomodo hic ſicit litteras, cum  
non didicerit, Ioan. 7. 15.

Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui  
misit me Pater.

Qui ſine ratione viuunt, ſunt inca-  
paces doctrinæ Christi, immo  
porci, & canes ſunt appellandi.  
Hoc traectatur Fer. 4. Domin. de  
Cæco. Conc. 2. p. 438

Si quis voluerit voluntatem eius facere,  
cognosceret doctrinam.

Solus qui cū malitia pugnat, legem  
Dei ſeruando intelligit ſapientiā  
Christi, non ille qui in peccatis  
& paſſionibus carniſ ſepultus ia-  
cet, vt erant Iudei. De hoc agitur  
in Conc. 2. Domin. de Cæco, vbi  
describitur pugna inter ſapientiā  
Christi, & malitiā hominum:  
aſſignaturq; requiſita ad hanc ſa-  
pientiā comparandam, quæ ſunt  
duo. p. 384. vſq; ad finē Concion.  
Habes in primo Tomo de obſeruā-  
tia do-

tia doctrinæ Christi pag. 72 & de  
vera sapientia, & eius excellen-  
tiis. Dom. de Abraham pag. 258.

Fer. 4. Dom. 4. Præteriens Iesus vidit  
hominem cœcum à nativitate. Ioan. 9.  
In hoc Tomo habentur due Con-  
ciones integræ super hoc Euangeli-

o. pag. 373.

Fer. 5. Dom. 4. Ibat Iesus in ciuitatem  
qua vocatur Naim, & ibant cum eo  
discipuli eius. Luc. 7.11.

Ecce defunctus efferebatur filius unicus  
matris sue.

Qui post hanc vitam mortalem cu-  
pit audire à Christo illa fœlicia  
verba: Adolescens, tibi dico, sur-  
ge, eumque ad illam immorta-  
lem, debet in hac vita scire viam  
quam ambulat, ne per latam gra-  
diendo ad perditionis terminum  
perueniat. De hac pulchra mate-  
ria agitur Fer. 5. Dom. de Cæco.

Conc. i. vbi monstratur pugnan-  
dum esse cum vitiis, & ambulan-  
dum in via virtutum, quæ, gratia  
Dei, facilis redditur. In secunda  
Concione agitur de eadem ma-  
teria, & hortamus ingredi angu-  
stam portam. pag. 447

Et resedit qui erat mortuus, & caput loqui.  
Surgere à vitiis, & ingredi viam vir-  
tutis, iter difficile videtur ex plu-  
ribus capitibus, sed vocante, ma-  
numque porridente diuina gra-  
tia, facillimum redditur, immo  
suave. Hoc tractatur in eadem  
Conc. i. à pag. 449. usque ad 454.  
& etiam secunda pars immediate  
sequens nullo negotio aptari po-  
test. Ad id præstandum valida ex-  
hortatio. pag. 465.

Fer. 6. Dom. 4. Erat quidam languens

Lazarus de Castello Maria. Ioan. ii.  
In Dominica quarta agitur de La-  
zaro Concionibus duabus inte-  
gris, quæ habentur pag. 487.

#### DOMINICA DE PASSIONE.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Ioā. 8

Hoc Euangelium integre concor-  
dat cum Euangelio Dominicæ de  
Abraham. Videantur Conciones  
ambæ, quæ habentur pag. 258.

Fer. 2. Dom. de Pass. Misericordia Prin-  
cipes & Pharisæi ministros, vt appre-  
benderent Iesum. Ioan. 7.33.

In nouissimo autem die magno festiuita-  
tis stabat Iesus & clamabat, dicens: Si  
quis sit, veniat ad me, & bibat.

Ex voce ista Christi tam magna, qua  
homines vocantur, argumenta-  
ri licet hominis excellētia &  
præstantia, qui ne pereat ad se il-  
lum vocat, vt sanet. De excellē-  
tia status hominis Christiani agi-  
tur Fer. 2. Dom. de Lazaro. Conc.

i. parte 2. pag. 503.

De infinitate valoris operum Chri-  
sti, quibus sanandus est homo, a-  
gitur in eodem loco: & in prima  
parte eiusdem Conciones agitur  
de effusione sanguinis Christi, o-  
stenditurque opus esse diuinum,  
vnde habetur, & infinitas, & suf-  
ficiencia ad hominem sanitati re-  
stituendum pag. 508.

Qui credit in me, sicut dicit Scriptura,  
flumina de vœtre eius fluunt aquæ viue.

His verbis Christus præuenit ho-  
mines, vt credant in eius Passio-  
ne, & morte, cum repugnare vi-  
deatur quod Christus patiatur,  
cumque nos abhorreamus Pa-  
ssionis nomen. De hoc agitur Cœ.  
eiusdem Fer. ibid.

\*\*\* 2 Si quis

*Si quis sit in me. & bibat.*  
De gratia Dei, quam Christus of-  
fert, tractatur Fer. 5. Dom. de  
Cæco. Conc. 1. pag. 447.  
Fer. 3. Dom. de Pass. Ambulabat Iesus  
in Galileam, non enim solebat in Iu-  
daam ambulare, quia querebant eum  
Iudei interficere. Ioan. 7. 1.  
*Quidam enim dicebant: Quia bonus est.*  
Alii autem dicebant, non, sed deducis  
turbas.

Temerarie Iudæi Christum iudica-  
bant. De iudicio temerarie facto  
de effectibus ipsius pessimis. De  
damno quod nobis assert, agitur  
à pag. 412. usque ad 421.  
Et murmur multum erat de eo in  
plebe, quidam enim dicebant,  
quia bonus, alii autem non. De  
murmuratione agitur pag. 162.  
Malorum detractio non est cu-  
randa, quando nos à bono retrahit.  
Fer. 4. de Ram. Conc. 2. n. 13.  
pag. 691. & seq.

Fer. 4. Dom. de Pass. Facta sunt ence-  
nia in Ierosolymis, & hyems erat.  
Ioan. 10.

*Operæ qua ego facio, testimonium perhi-  
bent de me.*

Finis operum Christi non aliud, quā  
vtilitas nostra. Feria 3. Domini-  
ca de Lazaro. pag. 543. num. 5.

De infinitate valoris operum Chri-  
sti agitur pag. 514.

De opere Redemptionis ordinate  
tractatur pag. 499.

*Oves meæ vocem meam audiunt, & se-  
quuntur me, & vitam æternam do  
eis.*

Vocando se Pastorem, & electos  
suos oves, maximam animi sui  
mansuetudinem & lenitatem ostē-

dit, qua voluit animas saluare. De  
hac optime agitur pag. 733. usque  
ad finem Conc. ubi fit compara-  
tio de mansuetudine Moysi cum  
illa Christi.

Fer. 5. Dom. de Pass. Et ecce mulier que  
erat in ciuitate peccatrix. Luc. 7.  
Attulit alabastrum vnguenti, & vnguen-  
to vngebat.

Hoc exemplo inuitamur ad suble-  
tuandos pauperes. De qua re agi-  
tur Feria 2. Pass. Concione 1. par-  
te 1. pag. 633.

*Lachrymis capit rigare pedes eius.*

Lachrymæ cor purificant. De qua re  
agit Fer. 2. in Ram. Conc. 1.  
part. 1. pag. 633.

*Remittuntur ei peccata multa, quia dile-  
xit multum.*

Amantis est prodesse, & compati  
necessitatibus amati. Magdalena,  
vnguento compassa est Christo,  
& Christus sua charitate remisit  
illi peccata. De hac re agitur pag.  
482. quæ quamvis penitus non  
videatur eadem, legens tamen o-  
mnia ad id deseruire inueniet.

*Fides tua te saluam fecit.*

Ostenditur quod Christus est vere  
Saluator, & quod ad saluandum  
habere debuit lenitatem, quam  
excellenter in hoc Euangelio e-  
xercet pag. 732.

Fer. 6. Dom. de Pass. Collegerunt Pon-  
tifices, & Pharisei concilium aduersus  
Iesum. Ioan. 11.

In Fer. 3. Dom. in Ram. habentur  
duæ Conciones integræ huius-  
met Euangelii pagina 712. Et de  
hoc Concilio agitur etiam Fe-  
ria 4. Concione 2. pag. 686.

DOMI-

DOMINICA IN RAMIS  
PALMARVM.

In hac eadem Dominica & Euange-  
lio habentur duæ Conciones. pa-  
gina 614

Fer. 2. Dom. in Ram. Ante sex dies Pa-  
schæ venit Iesus Bethaniam. Ioan. 12.

Fecerunt autem ei canam ibi.

Cœnam gratam Christo facit, qui se  
digne præparat in anima, ad il-  
lum recipiendum: fit autem hoc  
cordis purificatione, ac ieiunio.  
De quib. per integrum Concio-  
nem agitur hac eadem Feria. pag.

633

Quare hoc vnguentum non venit tre-  
centis denariis, & datum est egenis.

Zelum pietatis fictum ostendebat  
Iudas, & quam reprehensibilis  
sit, ostenditur Fer. 3. Dō. in Ram.

Conc. 2. p. 665. & seq.

Sinete illam, ut in diem sepulture mea  
seruer illud.

Vnctio ista, ex verbis Domini, nil a-  
liud est quam præparatio sui ipsi<sup>9</sup>  
ad ritè celebrandam Passionem,

& hilariter, & promptè Quo ex-  
emplo docemur, nos quoq; præ-  
parari debere ad tam magnum  
eiusque vberimum fructum su-  
scipiendo. De qua præparatio-  
ne agitur in hac eadem Feria  
Conc. 2.

In Ferijs alijs huius Hebdomadæ  
sanctæ potest agi de Passione Do-  
mini. De qua agitur in omnibus  
sextis Ferijs huius Quadragesi-  
malis.

In Ferijs autem tertia, & quarta hu-  
ijsmet Hebdomadæ habentur  
propriae Conciones, quæ cum  
tractent de mysteriis Passionis,  
optimè deseruire poterunt iis qui  
concionari voluerint.

FER. VI. HEBDOMADÆ  
S A N C T . A E.

Concio propria in hac eadem die,  
quam Auctor morte præuentus  
extendere non potuit.

Die Paschatis. Conciones duæ.

Fer. 2. Paschæ. Conciones duæ.

Fer. 3. Concio vnica.



A C C O M M O D A T I O

HARVM CONCIONVM SECUNDI  
TOMI AD EVANGELIA FESTORVM ADVEN-  
tus secundum usum Ro-  
manum.

DOMINICA I.  
ADVENTVS.

E Runt signa in Sole, & Luna, & Stel-  
lis. Luc. 12. 25. His autem fieri inci-

pientibus, respicite, & leuate capita  
vestra, quoniam appropinquat Re-  
demptio vestra.

His verbis ad cœlestia erigimur, &

\*\*\* 3 ad